

Y, 18.

4, 567.

7124

V I R O
 SVMME VENERABILI, MAGNIFICO, AMPLISSIMO
 DOCTISSIMOQVE
 D. CAROLO CHRISTIANO
 TITTMANNO

SVPREMI SENATVS SANCTIORIS ASSESSORI, AD AEDEM S. CRVCIS
 PASTORI PRIMARIO, DIOECESEOS DRESDENSIS PRAESVLI
 SCHOLARVMQVE INSPECTORI,

CVM FESTO MICHAELIS MDCCLXXXIX.

MVNERA DRESDAE ADIRET,

FELICES SVCESSVS, ET QVAEVIS PROSPERA

OMNI PIETATE ET OBSERVANTIA

ADPRAECANTVR

CIRCVLV RADERBERGENSIS PASTORES ET DIACONI.



FRIDERICOSTADII,

LITTERIS GÖTTH. AVG. GERLACHII

24





Humanis quicquid spectent modo lumina rebus

Transit, & omne gradu praecipitante ruit.

Tempus, gaudia, honos, pulcredo, bellica virtus,

Artes, divitiae, mundus & ipse perit.

Auroram insequitur Phoebus, noctisque caligo

Ocius optato mox fugat atra diem.

Aeternum nihil est in terra: a vespere vesper

Truditur, & caecus saecula turbo rapit.

Ver fugiens an homo docilis compescere habenis?

Aestatisque fugam quis cohibere valet?

Vix vbi maturis campus flavescit aristas,

Decidit agricolae falce resecla seges.

Qualis, vbi summo delabens vertice riuus

Arua suo fugiens sicca liquore rigat,

Quippe rapit gramen, flores, & voluit arenas,

Fulgureum tempus currere tale solet.

Dum loquimur fugit & sua nos post terga relinquit,
Heu breuis a cunis est gradus ad tumulum. O
Gaudia nostra volant, qualis sublata per auras
Ventorum in rabie nefcia fertur auis.
Longa tenent iuuenem studiosum caedia lusus
Illius, imberbis quem cupit ante puer.
Explicatis iuuenum vir frontes increpat asper,
Grandaeusque viri gaudia saepe senex.
Ferreus inuidiae dens o! quam rodit honores,
Occidit impetibus rex populusque suis.
Quae rosa sole nouo late diffundit odorem,
Cum sociis Boreas vespere sternit humi.
Flos decus aruorum culto nitidissimus agro
Vomere successus praetereunte iacet.
Quam subito rugae veniunt in corpus aniles
Nostroque in vultu decedit omne decus.
Qui sibi dimidium victor subiecerat orbem
Hostilique heros inclitus ense perit.
Sic cecidit primo Pelides flore iuuentae,
Pyrrhus & hoc ipso de genitore fatus.
Quicumque ingenuas mentem coluere per artes
Ante suum multi iam cecidere diem.
Sic quoque TE in caelos subito mors atra vocauit,
REHKOPFI, cuius corpora terra tegit!
Divitis haud larga mors conditione mouetur
Atque iuuant auri pondera flaua nihil.
Praecipiti mundus lapsu pulcherrimus olim
Heu cadet in nihilum qui fuit ante nihil.
Nonne quid humanis spectent modo lumina rebus
Quamuis eximium frangitur atque perit?
At tua verba, mihi praebes qui Christe salutem,
Caetera cum pereant, tempus in omne manent.

Qualis, vbi tonitru crebro cum fulmine mixtum
Omne ferit, Boreas imber atroxque ruit:
Sternuntur segetes, cum plantis frangitur arbos,
Inconcuſſa tamen cernitur altra cedrus.
O! ter felicem **TE VIR VENERANDE** vocamus,
Quippe doces populos iuſſa ſequenda Dei.
Sinceris en **TE** votis **TVA** Dresda ſalutat,
TE inſignem meritis & fide conſpicuum.
Nos quoque laetamur, tota **TE** mente rogantes,
Ne pia deſpicias quae Tibi thura damus.
Vix vbi **TITTMANNVM** venientem noſtra videbant
Lumina, creuit amor cum pietate ſui.
„Salue ter, ac ſeros nobis interſis in annos,
„Spargas doctrinae ſemina pura diu.
„Te fugiant curae, fugiat dolor omnis acerbus,
„Vt vitrei fontes ſic Tibi vita fluat.
„Dum campus flores, & dum mare voluet arenas,
„Dum ſalſas mutus piſcis habeat aquas,
„Dum quoque ſis felix, creſcatque extenſa perenni
„Gloria ſucceſſu **NOMINIS** uſque **TVI**.
„Numina **TE** ſeruent nobis ad tempora ſera,
„**TE**que ſinant valida proſperitate frui!
„Vt ver nudatos viridi quod gramine montes
„Veſtit, & innumeris floribus ornat humum;
„Sic **TIBI** perpetuum cingat ver tempora fertis
„Et ſolem obcurent nubila nulla Tibi!



Pon 24 1067
20




f

TA-70L

an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

171







24

V I R O
SVMME VENERABILI, MAGNIFICO, AMPLISSIMO
DOCTISSIMOQVE
D. CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

SVPREMI SENATVS SANCTIORIS ASSESSORI, AD AEDEM S. CRVCIS
PASTORI PRIMARIO, DIOECESEOS DRESDENSIS PRAESVLI
SCHOLARVMQVE INSPECTORI,

CVM FESTO MICHAELIS MDCCLXXXIX.

MVNERA DRESDAE ADIRET,

FELICES SVCESSVS, ET QVAEVIS PROSPERA

OMNI PIETATE ET OBSERVANTIA

ADPRECANTVR

CIRCVLII RADEBERGENSIS PASTORES ET DIACONI.



FRIDERICOSTADII,

LITTERIS GÖTTH. AVG. GERLACHII

24

